

nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius, & Prophetis in spiritu; nimirum: Gentes esse coheredes, & concorporales, & comparietates promissionis eius in Christo Iesu per Euangelium.

X. Respondent Aduersarii, Gentes omnes, & ipsos etiam Sinas, quingentis ante Christum annis defecisse a sincero Dei cultu, quem antea per annos bis mille integrum seruariant: & ideo mirum non esse, quod Apostoli in confirmationem vocationis Gentium eo exemplo usi non sint.

XI. Sed inanis est haec eualio. Utrumque enim sine ullo fundamento, & profus temere dicitur. Nam cum constans sit, post dispersionem generis humani in uniuersam terram, cognitionem veri Dei in sola familia Abrahamae perseverasse; quo medio, quo Propheta deportata fuit ad Sinas, & in eis per annos bis mille integra conservata? An fingenda est hic aliqua specialis reuelatio, vel alius Angeli missio, ut Sinas instrueret; & specialis gratia, ut eam tanto tempore integrum conseruariet? Cur autem post bis mille annos fidem, quam conseruariet amiserunt? Verus ergo dicerent cum aliis, ex libris, & historiis Sinarum colligi, veteres Sinas, aut Atheos fuisse, aut materiam primam pro Deo coluisse, aut Manichaeismum, quod postea prodiret, infectos fuisse.

Deinde: illud bis mille annorum spatium, ipsum est tempus, quo Prophetae scribebant, omnes omnino Gentes esse Idololatrias, nunquam Iudicum populum verum Deum colere; ergo, vel mentiti sunt Prophetae, si Gens Sinica verum Deum tunc colebat, vel, quod verum est, oppositi Auctores decipiuntur. Tandem: dato, quod Sinas vera Religio quingentis ante Christum annis defecisset; cur Apostoli ad confirmandum antiquam esse vocationem Gentium ad fidem, exemplo Sinarum, qui per annos bis mille in ea perseverant, usi non sunt; sed eam potius, ut novam, proposuerunt? An Apostoli Spiritu Sancto edocti ignorem erat, quod Recentiores illi prodiderunt?

XII. Probatur secundo nostra Assertio, ex traditione. Primo enim cum Paganis obiecterent Christianis noxam Religionis novitatem, ac si sub Tiberio inceperit; Veteres, ut se ab hoc argumento liberarent, nunquam confugerunt ad Gentem aliquam extra Iudaicam, quae Deum verum colisset, & Christum expectasset: sed ad unum Iudaicum populum confugerunt, ostendentes, in eo praeuocantem, & praefigurantem fuisse. Ita Iulianus, Apolog. 2. ad Antoninum. Tertullianus, Apolog. 1. c. 27. & quotquot alii contra Paganos scripsere.

XIII. Asserturum insuper, omnes populos, uno excepto Israelitico, ab unius Dei cultu defecisse: Deserta enim omnes Gentes (ait Iulianus, Apolog. citata) a Deo vera erant, quod manuum operibus seruirent.

Lactantius, lib. 4. de Diuina Inst. cap. 2. scribit: Pythagoram, & Platonem amore veritatis accensos ad Aegyptios, & Magos, & Persas usque penetrasse: Ut earum Gentium ritus, & sacra cognoscerent, sed ad Iudaeos tantum non accessisse, penes quos unus solus erat. Et subdit: Sed ueritas esse ueritatem diuinam prouidentiam, ut scire possint ueritatem, quia nuntium suu erat, aliternis humanis; Religionem Dei ueri, iustitiamque cognoscere. Senesunt enim Deum, appropinquante uulgo tempore, qui eum per se integrat populo ablatam, exteris Gentibus reuelauerunt. Quo spectare uidentur uerba illa Iacob, Genes. 28. ubi de Messia loquens, ait: Et iste erit, qui expectat Gentium. Quasi quod Gentes, quae in tenebris ignorantiae iacebant, ipsum expectarent; ut ab eo lucem ueritatis acciperent, quae ante caruerant.

Eusebius quoque, lib. 2. Demonstr. Euang. Demonstr. 1. scribit: Myseriam de benedictione Gentium in semine Abrahamae ita olim latuisse, quod Abrahamae temporibus omnes Gentes infanso superstitionis errore tenerentur. Id ipsum fatetur S. August. supra la. catus, tum lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 12. dicens: Proinde sicut per aquarum diluuium una domus Noe remanserat, ad reparandum genus humanum: sic in diluuium multarum superstitionum per uniuersum mundum una remanserat domus Thae, in qua custodia est plantatio Ciuitatis Dei. Tum lib. 18. cap. 47. Populus enim ueritatis, qui proprio Dei populus diceretur (praeter Israelitas) nullus alius fuit.

Sanctus item Cyrillus, lib. 3. contra Iulianum, opponenti Iuliano, quod si Deus ad solum Israelis populum coereceret, non erit omnium Deus, sed locus erit aliis Diis. Non negat Cyrillus, Deum solum populum Israelis, tamquam suum destinasse; non dicit, fuisse Deum etiam Sinarum, aut aliarum Gentium, a quibus religioe cultus fuerit: sed totus incumbit, ut ostendat Iuliano, Deum Israelis esse Deum, qui sicut omnia creauit, ita omnibus dominatur. Et quamuis olim soli Israel lumen suae cognitionis fuisse impartitus: statuto tamen tempore Gentes etiam omnes ad lucem uocauit, secundum quod sua prouidentia statutum fuerat.

Hoc idem tandem confirmat Auctor libri de Vocatione Gentium, olim S. Prothero adscripti. Nam, lib. 1. cap. 13. Ad questionem: Cur anterioribus seculis dimissa essent omnes Gentes ingredi ritus suos, uno tantum Israele, qui diuinitatis eloquiis audierunt, exceptis. Et infra: Quomodo Israelum Gentium, quarum spiritus non est facta uocatio, dicitur, nunc ingrediti plenitudo. Respondet, se male horum iudiciorum, ac Myseriarum causas ad aliquid non diuinitatis sapientiae, & scientiae Dei suspenderit. Quam remanens inquisitione discitur. Et cap. 21. Illud absconditum fuit, cur antea omnibus Gentibus praesentibus, unum populum fuit, quem ad ueritatis cognitionem euadere, & exceptis. Et lib. 2. cap. 14. Quomodo (inquit) est seruantur ex alienigenis, quae temporibus legi ueritas illustrata dignoscitur; tamen iam pauci fuerunt, ut uis cognoscatur, ad sinerit. Hoc autem uerum non esse, si tunc ueritas dignata esset illustrare integras nationes Gentes; & maxime Gentem Sinicam multitudinem ceteras forte superaret.

Soluntur qua Obstat uidentur.

XIV. Contra ueritatem, et testimonium nuntium, vix obijci potest aliquid solidum.

Obijciunt tamen primo. Psal. 104. v. 22. dicitur Ioseph constitutus a Pharaone: Ut erudiret Principes eius sicut Ioseph, & fons eius prudentiam diceret. Melchisedech Abrahamae temporibus in urbe Salem sacerdos erat Dei altissimi (Gen. 14. v. 18.) ergo falsum urbs Salem, quae erat alienigena, id est, non de familia Thae, Deum uerum colebat.

Tertio. Sybilliz, ut ex D. Th. 2. q. 2. art. 7. ad 3. diximus, de Christo prophetauit.

Quarto. Eusebius, lib. 6. Praepar. Euangelic. cap. 10. scribit, suo tempore Brachmanes existisse soli Deo attendentes. Ait enim: Apud Indos, & Baetras multa sunt eorum millia, quos Brachmanes uocant. Ii tam Maiores, quam legum traditione, ab omni eado, cultuque Simulacrorum abstinent, animarum nihil gustant. . . dumque uni Deo vacant, nullius umquam secleris communionis pollutantur.

XV. Respondet ad primum. Prudentiam, quam senes a Ioseph doceri Pharaon uoluerat, fuisse economiam, & politicam; qui aduersus famem, quae uexarat Aegyptum, aliaque pericula, quibus Ioseph consuluerat, Regnum suum praerantur in posterum: non uero prudentiam, quod, ut alii uolunt, sapientiam cultum Dei respiciunt. Quod indicat uerba praecedentia: Constituit eum dominum domus sua, & Principem omnium possessionis sua, ut euidere. Quare S. August. in dictum Psal. num. 14. Sed unde (inquit) fieri potest, ut uis tantum unius Dei cultus, in Aegypto alendis tantummodo corporibus, & rebus tantum corporalibus esse intensus; & quae eos meliores redderit; curam non gereret animarum? Cui respondet, Sacrum Scriptorem ea tantum reuulisse, quae ad finem historicum pertinebant.

XVI. Ad secundum de Melchisedech, scribit Aug. lib. 1. quest. in Genes. q. 72. a nonnullis dubitari, an fuerit homo, vel Angelus. Origenes, & Didymus, apud Hieronymum, Epist. 126. ad ad Euagrium, seu Euangelium, modo inter Epist. criticas, t. 1. pag. 270. sententiunt, eum fuisse Angelum. Auctor quest. veteris, & noui Test. (olim falso existimatus S. August. q. 109. tenent, Melchisedech fuisse Spiritum Sanctum. Catholica tamen ueritas est, Melchisedechum uerum hominum fuisse. Unde S. August. 1. de Hieros. c. 34. Melchisedechianus recenter inter haereticos, quod Melchisedech non hominem fuisse, sed uisum Dei esse arripuerunt. Firmato autem, Melchisedech hominem fuisse, sententiunt aliqui, eum fuisse Sem filium Noe. Sed haec opinio uerisimilis non est. Partim, quia Palaestina, in qua Salem (sive fuerit oppidum quoddam, ut uult Hieronymus citatus, sive ipsa ciuitas, postea dicta Ierusalem, ut fert opinio communior) posita erat, non fuit occupata a filiis Sem, sed a filiis Cham, imitum a Chanaanitis. Partim, quia nulla ratio suadet, Sem Sacerdotio functum fuisse extra suam familiam. Partim, quia Melchisedech describitur fuisse sine patre, sine matre, & sine genealogia, lib. 7. v. 3. quod de Sem dei nequit; cum Scriptura, tum in Genesi, tum in Paralipomenon eius genealogiam describit. His pro editione praenotamus.

Dico, Melchisedech fuisse alienigenam, gente Chanaanitum: sed hoc non obstante Dei altissimi cultorem, & Sacerdotem; qui Sacrificio panis, & uini, quod obulit Abrahamae, & offerre confueuerat, typos, & figura fuit Sacrificii inuenti Christi in Eucharistia, ut notant Cyprilianus, Epist. 63. ad Cestilium; & August. 1. 16. de Ciuit. Dei c. 22. Ex hoc autem solum colligitur: aliquos priuatos homines, extra Abrahamae familiam, fuisse ueros Dei cultores (quod non negamus) non uero aliquam totam Gentem. Licet enim Melchisedech dicitur Rex illius Populi (qui tunc temporis erat modicus) non tamen dicitur illius Populi, aut Gentis Sacerdos: unde non sequitur, etiam Populum illum uerum Deum coluisse.

XVII. Ad tertium dato (quod non pauci negant) Sybillas de Christo prophetaisse; colligitur solum, priuatis aliquis personas habuisse, ex Gentibus, reuelationem de Christo: & si uelis, etiam eius fidem, ut supra diximus cum S. Thom. 2. 2. q. 2. art. 7. ad 3. Quamquam ex eo, quod Sybillae prophetauerunt de Christo, non sequitur, eas, vel eos, quibus prophetauerunt, purum, ac sincerum cultum uero Deo exhibuisse, ac fidem in Christum habuisse: nam Balaam, & Caiphas prophetauerunt de Christo, qui tamen fidem Christi non habebant. Erant ergo Prohetae de Christo, sed non erant Prophetae Christi. Sic inquit S. August. in expos. inchoata, Epist. ad Rom. Euerunt enim, & Prophetae non ipsius, in quibus etiam aliqua inueniuntur, quo de Christo audita conuenerunt, sicut de Sybillae dicitur. Et lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 47. Quapropter (inquit) quisquis alienigena, id est, non Israel praegenitus, nec ab illo populo in canone Sacrorum Litterarum receptus, legitur aliqui prophetaisse de Christo, si in nostram ueritatem uenit, aut uenerit, ad eumulum nobis commemorari potest: non quod necessitas sit, etiam si dicitur; Sed quia non incongrue creditur, fuisse & in aliis Gentibus homines, quibus hoc Myserium reuelatum est, & qui hoc etiam praedicare impulsu sunt: sive participes eiusdem gratiae fuerint, sive expertes, sed per malos Angelos docti sunt, quos etiam praesentem Christum, quem Iudaei non agnoscebant, scimus fuisse cognoscentes.

XVIII. Ad quartum de Brachmanibus, dico, eos non fuisse aliquam unam Gentem, sed plurimam Gentium Philosopherum, ac ab omni humana uoluptate, ac deliciis alienam, & continentem profens, nec aliorum Barbarorum impietibus, Galtem exterius, iniquitas. Leges, ac ritus moelistic familiae, aliaque

aliquae cum Iudaeis conuenientia habuisse, scribit doctissimus Haecius, Demonstr. Euangelic. Proposit. 4. c. 6. n. 1. & 2. Quamuis autem simulacra non colerent, non proinde arguitur, eos Idololatrias, seu aliquid falsi Numinis adoratores non fuisse: sine Simulacris enim solum Numinis cultum coepisse, alibi ostendi. Et scribit uide Eusebius, l. 9. Praepar. Euang. c. 6. Numa Romanis prohibuit, ne ullam imaginem in Templis erigerent: unde annis centum & septuaginta nullam imaginem, neque sculptam in Templis, Romani habuerunt. Quis autem dicit, eo tempore Romanos sua falsa Numina, licet sine Simulacris, non coluisse? Idem de Brachmanibus dico. Simulacra quidem non colebant, sed adorabant uel Caelum, uel stellas, uel alia non uerum Numina. Haec autem uoces: Solum Deo attendentes, exponenda sunt de Deo, quem colebant; nimirum, intenti, ne quid agerent, quod suo inani Deo displiceret, & ab eo puniri posset.

Demum: dato Brachmanes uerum agnouisse Deum, quem solo lumine naturae multi Philosophorum cognouerunt: quia tamen, ut ait Apollonius, Rom. 1. v. 21. Cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, aut ei gratias egerunt, sed conuertuntur in cogitationibus suis: ideo indignos se praebuerunt, ut lumine fidei, sine quo nullum est uerum pietatis, & claritatis opus ad salutem, illustrarentur.

XIX. Obijci potest secundo: Indignum uideretur Deo, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitioem ueritatis uenire (ut ait Apostolus, 1. ad Timoth. 2. v. 4.) quod per tot fe-

cula tot Gentes, ac Nationes in massa perditionis reliquerit. Respondeo, hac objectione Sinarum aduocatos premi. Nam dici potest, indignum Deum fuisse, qui omnes homines uult saluos fieri, relicti omnibus aliis Gentibus Nationibus, solos Sinas fidei, & gratiae suae luce perferderit. Respondeo igitur, quod, ut statuis, 1. in 1. p. v. r. ad de uoluntate Dei, q. 2. d. 3. S. 9. nemini etiam infidelis, & Barbaro deesse, aut deesse unquam auxilium aliquod supernaturale, saltem remotum; cui, si obicem non poneret supra uoluntate, alia uelutiora, & fortiora succederent: ita se gessisse Deum erga omnes Gentes. At quia Euanerunt in cogitationibus suis. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentium. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immanditiam, &c. ut ait Paulus, Rom. 1. v. 23. 24. &c. Ceterum tanta est Delibonitas erga homines, ut si qui eorum fecerunt, quod in se est, Dominus ei secundum suam misericordiam prouiderisset, mittendo ei Praedicatorum fidei, sicut Petrum Cornelio, Act. 10. Macedonibus Paulum, ut habetur, Act. 16. Sed tamen hoc ipsum, quod aliqui faciunt quod in se est, conuertendo se ad Deum, ex Deo est mouente eorum ad bonum, Theodosium 5. Constantino nos Dominum ad 16, & conuenerunt. Ita S. Th. in Ep. ad Rom. c. 10. La. 3. Sed haec fuit locis tractauimus. Hac sufficiant de Gratia Captiui nostri pro mei Candidati instructione, & doctrinae nostri Angelici Praeceptoris, ab eodem Christo probatae, declaratione &c.

TRACTATUS QUARTUS DE SACRAMENTIS IN GENERALI.



Sacramentorum notitia omnibus, sive Christi Ministris, sive Christi Populo utilis, immo necessaria est. Illis quidem: nam cum Ecclesiastici ministerii praecipua pars sita sit in sacramentorum administratione; dicente Paulo, 1. Cor. 4. v. 1. Sic nos existimauerunt: Myserium Dei: debeantque Fideles ad diuina sacramenta rite & digne suscipienda adornare, plena sacramentorum notitia imbutos esse oportet. Illi autem: nam cum fidelis Populus per sacramentorum susceptionem peruenire debeat ad gratiam, & ad stabilem uirtutem, efficaciam, ac utilitatem exilium noverit. Quare mente tota huic Tractatu, & sequentibus bene ad discendos ad laborandum erit. Primo ergo de Sacramento in generali: deinde de singulis in particulari sermo erit.

De Sacramento ergo in generali octo sunt expendenda. Primo, essentia. Secundo, necessitas. Tertio, partes. Quarto, numerus, & ordo. Quinto, efficacia. Sexto, institutio. Septimo, Minister. Octa, Ritus, & caeremoniz.

QUESTIO I.

De Sacramento essentia, & necessitate.

Sacramentorum essentiam eorum necessitate conjungimus; quia sacramentorum essentia explicata, statim eorum necessitas ad salutem incipit apparere.

D U X I U M I.

Quid sit Sacramentum?

S. I.

Varia hujus Nominis Acceptio.

I. Sacramenti nomen, a sacro suam trahit originem, ac a Etymologiam. Unde fit, quod ex uera relatione ad rem sacram, quam uoluit nefas est, uaria oritur sacramenti significatio. Primo ergo apud Veteres sacramentum fuit debitor pro pigrone, quod olim a litigantibus in loco sacro debebatur, ea lege, ut illud amitteret, qui cadere lite: qui uero causam obtineret, illud recuperaret. Sic apud Varro-

rum sacrum, Deum sacrificium uocabatur pro iuramento, quo rem sacram, Deum sacrificium, fovebant in tellem. Sic usurpatur sacramenti nomen, nedum apud profanos Auctores, sed etiam in Jure Canonico, Causa 22. q. 4. cap. Qui Sacramentum. Et: hac de causa qui iuramento rei militari nomen sacramenti Tertullianus cum, 1. ad Marcyer. c. 3. dicit: Vocaui famam ad militiam Dei ueni iam tunc, etiam in sacramenti uerba respondimus. In quo sensu loquitur etiam, 1. de Spectaculis, c. 24. & 1. de Corona Militis, c. 3. & Ildorus, l. 9. Originum, c. 3. ubi inter militiae partes primo loco recentur sacramentum, quo miles post electionem iurat, se a milita non recedurum.

III. Tertio. Sacramentum sumitur pro re secreta, quae quasi sacra custodiri debet. Sic, Tob. 11. v. 7. dicit Angelus Raphael: Sacramentum Regis abscondere bonum est.

IV. Usu tamen sacrarum Scripturarum sacramenti nomen usurpatur, primo: pro re aliqua arcana, & sublimi: sic Myseria fidei nostrae, quia arcana, & sublimia, sacramenta dicuntur. Unde, Sap. 2. v. 22. Nescierunt sacramenta Dei. Et 1. ad Timoth. 3. v. 16. Paulus uocat Incarnationem Magnam ueritatis Sacramentum, quod manifestatum est in carne. Et S. Ambrosius 1. de Incarnatione sic inscripsit: Liber de Incarnationis Domini Sacramento. Secundo pro signo rei sacrae: Unde August. Ep. 5. modo 138. ad Marcellinum. Signa (inquit) cum ad res diuinas pertinent, sacramenta appellauerunt. Aliquando etiam pro signo rei sacrae, non cuiuscumque, sed hominem Deo consecrantis, & instantis: & haec est propria sacramenti acceptio, & ea de qua Theologi Catholici in praefatis disputant.

V. Dico igitur. Sacramenti nomen, ut a Theologis in hoc tractatu usurpatur, est: esse signum rei sacrae hominem Deo consecrantis, & instantis. Ita eum accepit Theologorum parens Augustinus, lib. 15. de Ciuit. Dei c. 26. ubi ostium in late- Arce Noemicae apertum comparatur Christi lateri, quod late- ca aperuit, ait: Et quae ostium in latere accepit, profecto illud est uultus, quando Iesus Crucifixus latere perforatum est: hoc quippe ad illum uentus ingrediebatur, quia inde sacramentum manarunt, quibus euadent instantur. Et fidelis eius discipulus S. Thom. 1. 2. q. 102. art. 5. Sacramenta (inquit) proprie dicuntur illa, quae adhibentur Dei cultoribus ad quamdam consecrationem, per quam scilicet de puritate quadammodo ad cultum Dei.

VI. Non placet tamen modernis Sectariis, Melandoni, Carlostadio, Zuinglio, alisque famulis furfuris hae sacramenti nominis usurpato; immo & ipsum displicet sacramenti nomen, ut Christianae Religiois Myseria, nempe, Baptismus, Eucharistia, Ordo, & si quid aliud apud ipsos est, excilientur. Magis (quia suae doctrinae consonum, ut uidebitur) purum nomen Signi eis aridet: unde suos Tractatus de sacramentis inscribere solent, de Signis, seu de Symbolis. Ajunt enim, nulli reperiri in sacris Codicibus sacramenti nomen, prout nunc a Scolasticis usurpatur, nempe, pro signo rei sacrae, quo homines sanctificet.

VII. Sed contra istos sic arguo. Ea nomina retinere debemus, quibus Ecclesia a sui exordio ad haec usque tempora usa est, ut doceret populum fidei nostrae Myseria; & haec uelle immutare, non minus absurdum esset, quam uelle immutare nomina, quae in idiomate Latino, uel gallico haecenus in usu fuere: atqui Ecclesia a sui exordio, ad experientiam ea, quibus Deo sacrum, iustificamur, nomine Sacramento usi fuit: ut uideret apud Tertullianum, lib. de Praef. aduersus haereticos, cap. 40. Cyprilianum, Epist. 75. ubi Baptismus uocat Baptismi sacramentum. Apud S. August. Epist. 118. modo 54. ad Iulianum, cap. 3. ubi Eucharistiam uocat Saluberrimum Sacramentum, quod in suis, contra Donatistas libris de Baptismo, Augustinus passim usurpat. Et tandem apud S. Gregorium, qui librum, in quo ritus administrationis sacramentorum tradit, Sacramentarium inscripsit.

Nec quod in hoc sensu in sacris Codicibus hoc nomen non inuenitur, obest. Quis enim unquam Scripturas euoluens reperit nomina Trinitatis, Confessionis, Regni, Inuocantium, Eucharistiae: quae tamen, quia usu Ecclesiae recepta sunt, etiam a praefatis Sectariis recipiuntur? Non ergo est cur illis stomacho sit Sacramenti nomen adhibere, quamuis in sensu Ecclesiae in Scripturis non legeretur: cum tamen legatur, Ephes. 5. v. 32. ubi de Matrimonio dicitur: Sacramentum hoc magnum est. Quia nimirum signum est spiritualis conjugia Christi cum Ecclesia. Sed nominis quaestione relicta, ueniamus ad rem.

II. De hoc agit S. Thom. 3. part. quæst. 61. art. 1. & in 4. dist. 1. q. 1. art. 1. qu. 1. Pro quo nota primo: quod illud est agere de necessitate usus sacramentorum, institutione eorum supposita aliud vero agere de necessitate institutionis: Si Thomas hic non agit de necessitate usus sacramentorum supposita eorum institutione; de hoc enim agit inferior de singulis sacramentis: sed agit de necessitate institutionis, nimirum: An ad hominum salutem fuerit necessarium institui sacramenta.

III. Nota secundo: nos hic supponere eum S. Thom. in 4. Sent. loco supra citato: Quod sacramenta non erant necessaria nisi ad salutem, sicut necessarium est, Deum esse, cum ex sola divina bonitate instituta sunt: sed necessitate qua est in suppositione sui. Non ita tamen, quod sine his Deus hominum sanare non posset, qui sacramenta virtutem suam non alligavit: sicut virtus necessaria est ad vitam humanam. Solum ergo de necessitate congruentis requiritur: nimirum: An per sacramenta magis congrua fiat hominis reparatio; sicut equus dicitur necessarius ad iter, quin in equo facilius homo evadit.

IV. Notio tertia: nos hic etiam supponere, quod cum de fide certum sit, Deum instituisse sacramenta, & eadem fide certum sit, Deum non posse operari, nisi convenienter: sequitur, quod de fide etiam certum sit, sacramenta esse convenienter instituta. Quia tamen non desine ex Ethnicis, ut Porphyrius, & ex hæreticis quidam, ut Manichæi, & alii, qui sacramenta execrati sunt; indignum iudicantes, hominem animal nobilissimum subditi in sua spiritali sanctificatione rebus inanitatibus, & vilissimis: ideo præsentis questionis aperuerunt viam.

§. II.

Resolvitur Dubium.

V. Dico. Necessarium fuit, necessitate convenientiæ, sacramenta institui ad hominum justificationem, & salutem. Ita S. Thom. citatis locis, & Tridentinum, Sess. 7. de Sacram. in genere, Can. 4. si quis (inquit) dixerit, sacramenta non esse ad salutem necessaria, sed superflua... anathema sit.

Triplici ratione probat hoc Catholicum Afferum S. Thomas: Primam petit ex conditione humane nature; quæ est, ut per sensibilia, & corporalia in intelligibilia, & spiritualia deducatur: sed ad divinam providentiam pertinent, ut utentur, quæ vel provident secundum conditionem suam naturam, ergo convenienter divina sapientia homini inaccessibilis, conferat sub quibusdam corporalibus, & sensibilibus speciebus, hæc sacramenta dicuntur. Hæc ratio sumpta est ex Chryloto, Rom. 83. in Machabæum, ubi dicitur inquit incorporeus esset, unde tibi Deus & incorporea dona tradidit: sed quantum corpori adiungitur spiritum habet, in rebus corporis spiritualia tibi traduntur.

VI. Secundam rationem petit ex statu hominis, qui peccando se subdidit per affectum corporalibus rebus. Sapienter autem Medicus fluidum medicinum exhibere ægroto in iis rebus, quibus ægrotus per affectum adhæret, ut libentius ab ægroto sumatur: & etiam ibi ei medicinale remedium præbere, ubi patitur morbum; ergo Convalescens fuit, ut per quendam corporalia signa homini spirituales medicinas adhiberet. Nam si spiritualia nuda ei proponerentur, eis animus applicari non posset, corporalibus deditur.

VII. Tertiam rationem sumit ex studio actionis humane. Homo enim libenter exercetur circa sensibilia, & ægro ab illis divellitur: Ne ergo esset hominis Animus, si totaliter a corporalibus actibus distrahatur; proponit sibi ei corporalia exercitia in sacramentis, quibus salubriter exercetur ad evitanda superflua concupiscentia. Unde concludit: Sic igitur per sacramentorum institutionem homo convenienter sua natura eruditur per sensibilia; humiliter, se corporalibus subjectum cognoscens; dum sibi per corporalia subducitur; præservatur etiam a noxiis per salubria exercitia sacramentorum.

§. III.

Resolvitur Objectiones.

VIII. Obijciunt primo, Apostolus 1. ad Timoth. 4. v. 8. ait: Corporalis exercitatio ad modicum utilis est; sed usus sacramentorum est exercitatio quadam corporalis; ergo &c.

Respondet ex S. Th. hac q. 61. art. 1. ad 1. Quod corporalis exercitatio, in quantum est corporalis, ad modicum utilis est, sed exercitatio per usum sacramentorum non est pure corporalis, sed quadammodo spiritalis, scilicet, per significationem, & consecrationem. Vel, ut ait in 4. dist. 1. q. 1. art. 1. ad 4. Quod corporalis exercitatio, secundum se accepta, ad modicum utilis est, in comparatione ad peccatum, ut ibi Apostolus intendit: sed si ei pietas adiungatur, sicut fit in sacramentis, quæ ad Religionis pietatem pertinent, est valde utilis.

IX. Obijciunt secundo idem Apostolus, 2. ad Cor. 12. v. 9. cui Dominum roganti, ut spiritum Stance ab ipso amoveret, dictum fuit: Sufficit tibi gratia mea: et non sufficeret, si essent necessaria sacramenta; ergo &c.

Respondet ex S. Thom. quæst. 61. artic. 1. ad 2. neg. min. Deus enim dat hominibus gratiam secundum modum eis convenientem: modus autem eis convenientis, ut videmus, est, quod eis detur per sensibilia, id est, per Sacramenta.

X. Obijciunt tertio. Postea causa sufficiente nil aliud est

necessarium ad effectum; sed Passio Christi est causa sufficiens nostræ salutis: dicit enim Paulus Rom. 5. v. 10. Si cum inimici essetis reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius; multo magis reconciliati fuerit, salvi erimus in vita ipsius; ergo &c.

Respondet ex eodem ibi ad 3. Quod Passio Christi est sufficienter causa humane salutis. Nec propter hoc sequitur, quod sacramenta non sint necessaria ad humanam salutem, quia operantur in virtute Passionis Christi: & Passio Christi quadammodo applicatur hominibus per sacramenta, secundum illud, ad Rom. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.

XI. Obijciunt quarto. Inconveniens est adhibere media incepta ad finem: sed sacramenta media incepta sunt ad justificationem: ablutio enim corporis per aquam, quam proportionem habet, ut animam mundet; ergo &c.

Respondet, dist. maj. Media incepta relative ad agens principale, con. maj. Relate ad alios, nego maj. Immo agens asumptum medium caterogium inceptum, & illum reddens aptum ad finem, offendit potentiam sui virtutis, & convenientissimè agit. Sic Sampson, cum maxilla Asini occidit mille hostes, potentiam sui virtutis maxime offendit: quia licet respectu aliorum esse incepta ad tantam occasionem, in manu tamen ipsius facta fuit aptissima. Eodem simili modo ablutio aquæ respectu aliorum incepta ad noxiam justificationem, asumpta tamen a Deo aptissima redditur; & sic in finem eius virtutem offendit.

XII. Obijciunt quinto. Non fuit convenientis, ut homo per peccatum debilitatus novis præceptis, & oneribus gravaretur: sed sacramenta nova præcepta sunt; & nova onera; ergo &c.

Respondet cum S. Bonaventura, in 4. dist. 1. q. 1. art. 1. quod duplex est onus, aliud onerans, quod dicitur motum; aliud onerans allevians, quod faciliat motum. Hujusmodi sunt reges in curribus, alii in arvis, quæ sunt onera allevians, & faciliat motum. Præcepta ergo suscipiendi sacramenta, sunt onera allevians motum, & propterea in sensibilibus collocantur: quia per hæc ad spiritualia facilius homo ascendit, & via salutis ipsi redditur planior ac facilior.

DUBIUM III.

An in Situ Nature Innocenti fuerint, vel fuissent necessaria Sacramenta?

§. I.

De Statu Innocentiæ, qui de Fæto fuit.

I. Dico. Homini in statu illo brevissimo, quo in originali innocentia permansit, non fuerunt præscripta, nec necessaria sacramenta. Ita S. Thom. 3. part. quæst. 61. art. 2. & in 4. dist. 1. q. 1. art. 1. qu. 2. & sic probat. In illo enim statu homo ex omni parte rectitudine fruebatur: in eo enim superiora inferioribus dominabantur: sicut enim mens fuituræ Dicit: ita mensi suberat infirmitas animæ vivere, & ipsi animæ corpus; sed contra hunc ordinem esset, si anima perferretur, quantum ad gratiam, per aliquid corporale, quod fit in sacramentis, in quibus ad recipiendam gratiam anima subjicitur, corporalibus rebus; ergo in eo statu homo sacramentis non indigebat: non solum iis, quæ ordinantur in remedium peccati, quod tunc in homine non erat, sed nec iis, quæ ordinantur ad perfectionem animæ.

II. Confirmo. Nos egemus sacramentis propter quod, & propter curationem, & propter eruditionem: sed Adam ex nato capite sacramentis indigebat; ergo &c. Min. probatur. Non egebat ut per sacramenta curaretur; quia infirmus non erat. Ut autem dicitur Matth. 9. v. 12. Non est opus valentibus Medicis, sed malis habentibus. Non egebat, ut per erudiretur: spiritualium enim, & supernaturalium cognitionem non ex sensibilibus, sed a Deo per species immediate ipsi intrinsecè acceptas. Quod si in aliquo cognitione usus fuit phantasmatis, illis usus fuit, ut inferioribus, sicut anima utebatur corpore subdito; ergo ex nullo capite fuit convenienter, ut Adam innocens per sacramenta sensibilibus subiret. Vide S. Th. in 4. sent. citato loco.

His addo, quod nec Scriptura, nec Traditio aliquos statos innocentie sacramenta recenserunt. Major dabrandi ratio est: An si Adam, & Eva in illo felici statu perseverassent, pro illis, & posteris eius fuisset convenientis aliqua sacramentorum institutio. Pro quo

§. II.

De Statu Innocentiæ, qui fuisset.

III. Dico. Veritabiliter esse, quod si Adam, & Eva in innocentie statu perseverassent, fuissent quidem vera Sacramenta, oblationes, & ritus sensibiles; non tamen fuissent, sive pro ipsis, sive pro eorum posteris vera sacramenta. Dico, Veritabiliter esse. Quia cum revelatum non sit, quid Deus, ex cuius beneplacito pender sacramentorum institutio, an illa hypothetice facturus fuisset; non potest certo statui, quid futurum fuisset, sed solum ex congruentiis deduci.

Prior ergo pars suaderi potest sic. Nam in illo statu homo coluisset Deum, non solum cultu interno, sed etiam externo: homo fuisset etiam tunc compositus ex anima, & corpore; ergo coluisset Deum, & colere debuisset, non solum ani-

anima, & per actus spirituales, & internos; sed etiam corpore, & per actus sensibiles, & externos: ut fide per utramque sui partem Deum audiret, & Dominum suum recognoscere, ac proteferi possit.

Secunda quoque pars colligitur ex rationibus, seu congruentis supra allatis. Creditibile est enim, quod divina providentia provideret homini de mediis presentis eius statui congruis: atqui sicut presentis statui, in quo homo per peccatum subiectus est sensibilibus, congruum est, ut deponderet a sensibilibus gratia; obtineat: ita statui innocentie, in quo summa rectitudine poterat, superiora perfecte dominabantur inferioribus, incongruum fuisset, ut ad inferiora deponderetur, & eis fieret subiectus in assensu, vel consensu, aut augenda gratia; ergo fuisset incongruum, ut pro eo statui ad hunc finem sacramenta instituerentur.

IV. Sed dices primo: In illo statu, ut concedimus, fuissent vera Sacramenta, ac ceteroniam externa, & sensibiles: cur ergo non etiam vera sacramenta licet in sensibilibus pos-

Confirmatur. Homines tunc constituissent veram Ecclesiam visibilem: sed, ut docet S. August. 1. 19. contra Faustum, c. 11. in nullum nomen Religiosorum, seu sacerdotum, seu falsum coadunari homines possunt, nisi aliquo signaculo, vel sacramentorum visibilibus consensu colligantur, ergo &c.

V. Respondet aliam esse rationem de Sacramentis, oblationibus &c. ac de sacramentis. Nam Sacramenta instituta sunt ad cultum, & protestationem divine majestatis; nempe, ut creatura per illa recognoscatur Deum, ut Dominum rerum omnium tum spiritualium, tum corporalium: ideoque homo, qui natura sua constat non solo spiritu, sed etiam corpore, debuisset Deo litare ritibus non solum spiritualibus, sed etiam corporalibus, in quocumque statu posset. At sacramenta inventa sunt, ut homo, qui spiritualium oblitus, ad sensibilia per peccatum se depressit, per eadem sensibilia sanctus ad Deum erigatur, & gratiam reciperet. Hoc autem in statu innocentie, in quo homo ad sensibilia depressus non foret, non decuisset.

VI. Ad Confirm. dico. S. August. vel loqui de Ecclesia, & Religione, quæ modo est, vel esse potest, nimirum; aut vera, aut falsa; quæ in statu innocentie non fuisset. Vel, si velis, eum loqui de Ecclesia existentisque statui; signaculum, vel sacramentorum, ut noveris, ad hoc, ut homines in una aliqua Ecclesia, vel religione adunentur, alceritrum requirit; nempe, ut vel in signaculis, nempe, Sacramentis, & externis ritibus; vel in sacramentis conveniant: non tamen utramque requirit.

VII. Dices secundo. In statu innocentie homines peccassent, vel scilicet peccassent, ergo indigni essent sacramentis, ut a peccatis sanarentur.

Respondet, de hac questione nos egisse, Tom. 1. in 1. part. de Hominibus, & eius statibus. Q. 3. D. 5. 2. Ubi cum S. Th. 1. part. q. 100. art. 2. & in 2. dist. 20. q. 2. art. 3. ad 3. sententiam affirmativam sustulimus. Quare con. ant. neg. conf. Dato enim, quod in eo statu aliquis peccasset; peccatum illud purgandum non fuisset deperenderet a sensibilibus, & sacramentis, sed per actus penitentie, & amoris Dei &c.

VIII. Dices tertio. In statu innocentie posteri Adami acquisivissent scientiam per species a rebus sensibilibus acceptas; ergo etiam accepissent gratiam mediis sacramentis sensibilibus. Respondet, neg. com. Accipere enim species a sensibilibus in cognitione, naturale est animæ conjunctæ corpori: & ideo talem modum cognitionis admittimus etiam in Christo. At accipere gratiam deperenderet a sensibilibus, provenit ex defectu integritatis nature, in qua superiora inordinatè dependent ab inferioribus; qui defectus in illo statu non fuisset.

IX. Dices quarto. In statu Innocentiæ fuit verum matrimonium inter Adam & Evam, & fuisset inter eorum posteritatem, si in eo statu perseverassent: sed matrimonium fuit verum sacramentum, dicente Paulo, ad Ephes. 5. v. 32. sacramentum hoc magnum est; ergo &c.

Respondet, neg. min. Cum S. Thom. 3. part. q. 61. art. 2. ad 3. Matrimonium enim in statu innocentie, immo & post peccatum, ante Christum, non fuit institutum, ut sacramentum; sed secundum quod est in officium nature. Elio enim tunc aliquomodo adumbraret conjugium spirituale, quod futurum erat inter Christum, & Ecclesiam: quia tamen non fuit tunc institutum, ut per illud homines tunc sanctificarentur, sed ut per illud multiplicarentur; ideo sacramentum non erat, nisi in latissima significatione: sicut in hoc sensu omnia vetera sacramenta erant, id est, signa, & figure omnium, quæ in nova Legis futura erant. Et in hoc sensu loquitur Apostolus. Unde matrimonium ad esse sacramentum, & collativè gratiæ solum ex Christi institutione elevatum est, ut falo loco dicitur.

X. Dices quinto. Eto homo in statu innocentie nondum peccasset, fuit tamen ab initio mundi productus ignis Inferni, et poena. Item esto in illo statu nullus esset morbus, fuerunt tamen producti herbe medicinales. Similiter esto in Adamo nullum fuerit pro illo statu peccatum, & proinde nullum a-chain poenitentie exercitum; fuit tamen in eo habitus poenitentie; ergo pariter fuisset sacramenta in illo statu, quamvis pro eo nullus futurus esset usus.

XI. Respondet, co. ant. neg. com. Nam ignis Inferni, & herbe medicinales ad ordinem creationis pertinent: & ideo initio mundi, quo consummata fuit rerum omnium creatio, producenda erant. At sacramenta non ad ordinem creationis spectant, sed potius ad ordinem recreationis, & reparacionis: & propterea non a mundi exordio erant instituenda, sed expectandum erat, ut homo caderet; & fieret indignus reparacione. Immo sicut si Adam non peccasset, Christus Reparator non venisset: ita si non caderet, media reparacionis non fuissent providenda. — Ad id, quod additur de poenitentia, dico, quod cum habitus poenitentie sit proprietas consequens gratiam in subiecto capaci peccati; & Adamus ab statu innocentie capax esset peccandi: ideoque cum gratia debuit in illo infundi habitus poenitentie, quo esset habilis ad dolendum de peccato, si peccaret. At Sacramenta non sunt proprietates gratiæ, sed exteriora remedia inventa a divina misericordia, ad hominem a peccato per sensibilia, ad quæ se dejecterat, relevandum. Misericordia autem supponit miseriam, & relevatio lapsum, & reparatio per sensibilia supponit conversionem ad sensibilia per peccatum originis.

DUBIUM IV.

An in Lege Natura fuerint Sacramenta?

§. I.

De Remedio pro Peccato Originali.

UT tollatur æquivocatio, noto: statum Legis nature posse dupliciter intelligi. Uno modo pro statu, quo homines ordinarentur ad solum finem naturalem; & solis præceptis naturalibus, non vero supernaturalibus obligarentur. Et in hoc sensu status Legis nature esse fuerit possibile (ut contra Lutherum, Tansemium, & alios ostendimus Tom. 1. in 1. part. de Hominibus, & statibus ejus. Quæst. 11. Dub. 1.) nunquam tamen fuit. Homo enim statim, ac conditus, elevatus fuit ad ordinem supernaturalem; ac proinde obligatus servare præcepta non solum naturalia, sed etiam supernaturalia credendi, sperandi, & amandi Deum auctorem gratiæ, & gloriæ.

Secundo, Status Legis nature accipi potest pro statu, in quo homo obligetur solis præceptis connaturaliter competentibus nature elevatæ; autem præceptis positive divini adstringatur. In hoc autem statu fuerunt homines ab Adam lapso ad institutam usque circumcissionem. Postquam enim Deus Adæ lapsum per promissionem Christi venturi reparare decrevit; reliquit Adam, & posteris ejus sub lege nature; nullaque eis imposuit præcepta, quam quæ naturaliter sequuntur naturam rationalem, & statum elevationis: & quæ statum elevationis naturaliter sequuntur præcepta credendi, sperandi, & amandi Deum super omnia, & proximum, sicut nos ipsos; in quibus includuntur præcepta Religionis circa Deum, temperantiæ circa nos ipsos, & justitiæ, & charitatis erga proximum: ideo his solis præceptis obligabantur. Præcepta tamen hujusmodi non fuerunt tradita hominibus aliqua lege a Deo promulgata, aut scripta; sed præcepta fidei, spei, & charitatis innotebant posteris per traditionem ab Adamo, sicut & fides in promissum liberatorem. Præcepta vero colendi Deum, honorandi parentes &c. scripta erant in cordibus eujusque, & lumine rationis eujusque transeuntibus: quo spectat interrogatio illa, Pl. 4. v. 6. Quis dicitur nominis bona? Cui respondetur: Signatum est super nos lapsum cultus tui Domine. De hoc ergo statu querimus: An pro eo tempore, quo homines in eo vixerunt, fuerint aliqua sacramenta, quibus justificarentur.

II. Dico. Certum est, lapso Adamo, & natura per peccatum vitata, a Deo provisum fuisse de aliquo remedio, quo ipse, eujusque posteritas regeneraretur. Et proba. Nam post Adæ lapsum omnes homines nascebantur spoliati gratia, & dominis gratuitis, infecti peccato originali, vulnerati in naturalibus, exclusi a celesti beatitudine; quæ fuit iniusta Adamo poena; atqui per vires nature non poterat homo ab originali culpa mandari, multo minus dona gratiæ deperdit recuperare. Immo cum liberum arbitrium ita esset atenuatum ad bonum per peccatum; ut nec moraliter posset, solis nature viribus, totam legem naturalem implere; quin in nova peccata actualia, quibus debebat etiam poena sensus, incidere: actum penitus fuisset de humani generis salute, nisi divina providentia præparasset illi aliquod remedium supernaturalè, quo reparari posset, & non totum periret, ac damnaretur.

III. Hoc remedium credibile est, statim post Adam peccatum a Deo inspiratum fuisse. Nam Adam de facto liberatus fuit a peccato. Nam, Sap. 10. v. 1. dicitur: Hæc (id est, Sapientia) illum, qui primus formatus est a Deo Proter orbis terrarum, cum solus esset cœlestis, custodivit, & eduxit illum a delicto suo: Rufus: Abel, Enoch, Noe justificati fuerunt a culpa originali; describuntur enim, sicut & alii non pauci, tamquam justii, perfecti, & amici Dei. At hi justificati non poterunt, nisi Deus inspirasset eis remedium, quo posset justificari; ergo &c.

IV. Et quamquam, ut ait August. lib. de Pecc. origin. cap. 30. Ante Abraham, verum aliquo corporali, & visibili sacramento juvit, vel eorum parvuli signarentur Scriptura non exprimit: quia tamen, ut ibi docet: Nemo proferat inde liberatum esse, aut liberatum, aut liberabitur, nisi gratia Redemptoris: propterea credendum est, istud remedium nil aliud fuisse, quam fidem in Christum venturum: quæ fides cum dari non pos-

posset, qui a Deo revelaretur. Admo adventus Christi Mediatoris: idecirco Deus revelavit ei, se missurum Christum ut Redemptorem, simulque promissit per meritum, & gratiam illius, se ei, & posteris ejus, qui in Mediatorem venturum crederent, speraret, & Deum toto corde diligere, ac peccata derelinquere, peccata remissurum, reddidit gratiam suam: & si in ea usque ad finem perseverarent, suo tempore daturam etiam gloriam. Hoc factum fuit, Genes. 3. vers. 15, cum pene statim post Adæ peccatum conversus Deus ad serpentem, dixit: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, inter semen tuum, & semen illius; ipsa* (seu, ut alii legunt, *ipsa, vel ipsum*) *conteret caput tuum. Quibus verbis promittit Deus Adamo semen ex muliere, quod, vel per quod mulier conteret caput serpentis; hoc est, vinceret Diabolus; & humanum genus a peccato liberaret. Hoc autem semen mulieris, per quod talia promittebantur, quid aliud erat, nisi Christus Mariae Virginis filius?*

V. Credidit ergo Adam Deo, sicque credens, & per Christum & sperans, ejus ope se remissionem sui peccati, & æternam salutem consecuturum, diligens Deum super omnia, & perfecta contritione detestatus peccatum, recuperavit gratiam, & a peccato fuit justificatus. Hæc revelata annuntiata est ab Adamo filiis, & nepotibus, perpetua traditione ad posterum transmissa, & a Deo sepius confirmata: & hæc coeperunt homines judicari, & salvari ab initio Mundi.

VI. Hinc patet, ut supra diximus, Religionem Christianam, hoc est, fundatam in fide Christi, incepisse ab initio mundi, statim post Adæ lapsum, ante omnes alias Sectas, sicut habuerit diversos statum. Nam qui fuerunt ante Christi adventum, credebant in Chastitatem venturam; nos credimus in Christum, qui jam venit. Unde, Apoc. 13. vers. 8. Christus dicitur Agnus, *Qui occisus est ab initio Mundi*. Unde S. Augustinus l. 1. Retract. cap. 13. *Res ipsa* (inquit) *que nunc Christiana Religio nuncupatur, erat antea Antiqua, nec desuit ab initio generis humani; quousque ipse Christus venisset in carnem; unde vera Religio, que jam eras, tempore appellatur Christiana. Propeterea dixi: Hæc est nostra temporibus Christiana Religio. Non quia prioribus temporibus non fuit, sed quia posterioribus hæc nomen accepit. Videantur que dicimus, Tom. præced. in Tractatu de Gratia Christi.*

S. II.

An Præfatum Remedium, in Lege Natura Institutum, fuerit verum Sacramentum?

VII. Resolutio hujus difficultatis pendet ab hac altera, nempe: An remedium pro peccato originali in lege natura institutum, esset pura fides interna Christi venturi; an vero aliquo signo sensibili exprimeretur. Cum enim, ut supra vidimus; Sacramentum debeat esse signum sensibile, & externum; si fides illa fuisset mere interna non posset dici, quod fuisset sacramentum.

VIII. In hoc divites invenio Doctores: dicentibus quibusdam, remedium præfatum fuisse solum fidem internam, nec oportuisse, eam aliquo sensibili signo manifestare; aliis contrarium sententibus, ac volentibus, signum illud externum adhibendum, vel fuisse determinatum a Deo; vel pro libito parentum applicantium suam fidem parvulis justificandis. Verum cum circa hoc profundum silentium sit in Scripturis; nihil certi possumus statuire, sed solum probabilibus conjecturis inniti. Nihilominus.

IX. Dico. Remedium illud pro parvulis in lege natura non fuit fides mere interna, sed aliquo signo sensibili manifestata; & proinde fuit verum sacramentum. Primi pars Collegitur ex S. Thom. 3. p. q. 60. art. 5. ad 3. ubi ait: *Stetit Augustinus dicitur in libro 19. contra Iulianum; cap. 16. diversa sacramenta diversa temporibus congruunt; sicut etiam diversa verbis significaverunt diversa tempora, scilicet, presens, præteritum & futurum. Et idem fecit in statu Legis natura homines nulla Lex exterior daret, sed solo interiori instinctu morabantur ad Deum colendum: ita etiam ex interiori instinctu determinabatur eis, quibus rebus sensibilibus ad Dei cultum uterentur. Et eadem, 3. p. q. 70. art. 4. ad 2. postquam dixit, quod ante Circumcisionem non requirebatur aliquod signum præfatum hujus fidei (nimirum determinatum pro omnibus) quia nondum homines fideles seorsum ab infidelibus cooperant adinvari ad cultum unius Dei; subiungit: Probabile tamen est, quod parentes Fideles pro parvulis natis, & maxime in periculo existentibus, aliquas præces Deo funderent, vel aliquam benedictionem eis adhiberent (quod erat quoddam signaculum fidei) sicut adulti præ se ipsi præces, & sacrificia offerbant. Quemadmodum ergo tunc temporis adulti præcibus, & sacrificiis sensibilibus fidem suam manifestabant; sic etiam a parentibus factum fuisse pro parvulis eorum, credendum est.*

X. Scio, S. Th. in 4. dist. 1. q. 2. art. 6. q. 2. videri oppositum sensibile: nempe, quod parvulis sufficiebat motus fidei parentum erga salutem filii *Sine omni exteriori signo*. Sed præterquamquod, ut vidimus, in Summa oppositum docet exponendum est, cum excludere omne exterior signum legislativa potestate pro omnibus statutum, sicut postea factum est per Circumcisionem; non vero omne signum exterius pro libito parentum adhibendum. Vel excludere signum exterius, quod esset aliud sacrificium, vel oblatio victimæ, sicut admittit, pro adultis; non vero motum fidei parentum voce, vel alio exteriori signo expressum. Unde 2. 1. de Malo, art. 8. ad 12. ait: *Fides ergo Antiquorum cum aliqua præfatione fidei valens parvulis ad salutem.*

XI. S. Thom. prævit Magister ejus Augustinus qui, de 8. contra Julianum, c. 11. ait: *Nec ideo tamen credendum est, & ante datam Circumcisionem famulus Dei, quandoquidem eis inerat Mediatoris fides in carne venturi, nullo Sacramento eos operantibus fuisse parvulis suis, quousque illud esset, aliqua necessaria causa, Scriptura latere voluerit. Nam & sacrificia eorum legitur, quibus nique sanguis ille figurabatur, qui solus tollit peccata mundi.*

XII. Probatur etiam hoc discursu. Si ad justificandum parvulos in Lege natura sola fides interna, nullo adhibito sensibili signo, sufficere; potuissent justificari ab originali peccati non solum nati, sed etiam nonnati, & in utero matris concepti; quia motus mentis æqualiter se extendere poterat in nati, & ad natos: sed secundum Legem ordinariam nemo potest ab originali mundari, priusquam nascatur, quia debet potius nasci, quam renasci; ergo &c.

XIII. Ex dictis sequitur secunda pars, nempe, quod illud remedium fuerit verum, pro illo statum, Sacramentum. Nam illud remedium applicabatur aliquo signo sensibili, quo postea pro Christi mandatum. Adert etiam institutio Divina; esto non scripta, saltem interiori inspirata. Et licet non esset determinatum in specie, quo signo esset fides parentum applicanda parvulis, sed hoc eorum arbitrio relinquere; ut scilicet, vel præce, vel benedictione hoc facerent; factum erat, ut esset determinatum in genere: sicut etiam in aliquibus novæ Legis sacramentis, materia eorum fuerat determinata a Christo non in specie, sed solum in genere, ut multi Theologi primi ordinis sentiunt.

Probatur etiam. Quia Aug. supra laudatus l. 5. contra Julianum, c. 11. illud remedium vocat sacramentum. Unde sic discursu. Si remedium illud non fuisset sacramentum, male arguisset contra Julianum Augustinus; nam cum Julianus objecisset Augustino, quod postea existentia peccati originali, sequeretur antiquus Patres filios gentium dimittendos, cum non duntaxat essent institutum Baptisma; respondet: *Hæc de Baptismo verum dicit. Nec ideo tamen credendum est, ante datam Circumcisionem famulus Dei, nullo Sacramento eos operantibus parvulis suis, saltem autem dixisset, si remedium illud sacramentum non fuisset.*

XIV. Neque obest primo: quod in eo statu, præter præcepta fidei, spei, & caritatis, nullum esset præceptum ceremoniale; primum enim fuit præceptum Circumcisionis: præfatum autem remedium sensibile, seu sacramentum pro parvulis fuisset præceptum ceremoniale. Nam esto in eo statu nullum esset præceptum ceremoniale per legem exteriori traditum, fuit tamen, ut interiori inspiratione: sicut fuisse etiam interiori inspiratus, ut per S. Th. 3. p. q. 70. art. 2. ad 1. pro se ipsis, nemo, ut puro, negabit.

XV. Neque obest secundo: quod sacramentum consistere debeat rebus, & verbis: in præfatio autem remedio nulla adhibebantur verba.

Nam in primis secundum S. Thom. citatum q. 70. art. 4. ad 3. probabile est, quod parentes vel fuerint aliquo sensibili signo cum quibusdam præcibus. Deinde dico, quod esse sacramenta novæ Legis, quia in sui significatione clara, debeant per se verbis significatum sacramenti experientibus; hoc tamen non requirebant sacramenta vetera; utpote obfcuriora, & in umbris posita. De hoc vide S. Thom. in 4. dist. 2. q. 1. art. 3. in Corp.

XVI. Neque obest tertio: quod fides parentum possit esse informis, & consequenter, ex parte operantis inepta ad conferendam gratiam; neque etiam ex opere operato, quia hoc est proprium sacramenti novæ Legis.

Nam respondeo, remedio illo mundatos fuisse parvulos, non ob meritum fidei Ministri operantis; sed ob meritum Christi, pro fidem ejus operantis. Ita S. Th. 2. q. 4. de malo art. 8. ad 12. dicens: *Fides ergo Antiquorum cum aliqua præfatione fidei valens parvulis ad salutem, non prout erat quidam actus meritarius credendum; unde non requirebatur, quod esset actus fidei formata: sed ex parte rei credita, scilicet, infusus Mediatoris. Sic enim, & sacramenta, que postea sunt inventa, valent, in quantum sunt quidam fidei præfationes. Unde non sequitur, quod infidelibus parentum filii necerent, nisi par accidenti, sicut remotos remedia peccati. Hæc in S. Thom. bene notanda.*

S. III.

An in Lege Natura fuerit etiam aliquod Sacramentum pro Adultis.

XVII. G. Arp. Juvenin, in Comm. hist. dogm. de Sacram. Dist. 1. q. 2. cap. 2. negative respondet, & assertum antiqui naturæ Legis, solius remedi pro parvulis meminit.

Verum, quod atque ad S. Th. contrarium evincit ex eodem, in 4. dist. 1. q. 1. art. 2. q. 3. ubi hæc lego: *In statu illo (Legis natura) non tantum erat necessaria opera, que sunt de discrimine legis naturalis; sed etiam alia, que essent præfationes, & oblationes, que ad reparandum pertinebant: & hæc erant illius temporis sacramenta, sicut sacrificia, decime, oblationes, & hujusmodi. Et ibi, ad 2. Ante Legem Moysicam dicit, quod Erant quidam sacramenta necessitatis, sicut illud fidei sacramentum, quod ordinabatur ad delinquentem peccati, & similiter pauciora, que ordinabantur ad delinquentem actualis &c. & dist. 2. q. 1. art. 2. ad 4. probat dictum Ugo-*

nis ponentis in Lege natura tria sacramenta; scilicet, sacrificia, oblationes, & decimas. Ne autem dicatur, quod postea retractavit sacramenta, legatur, 3. p. q. 70. art. 4. ad 3. ubi admittit, quod parentes parvulis natis, quoddam signaculum fidei adhiberent: *Sicut adulti pro se ipsi præces, & sacrificia offerbant.* Cum igitur Juvenin fateatur signaculum fidei, quod parentes pro parvulis exhibebant, fuisse verum illius temporis sacramentum licet dicere oportebit de præcibus, & oblationibus, ac sacrificiis, que adulti pro se ipsis faciebant. Cur enim illa sacrificia & oblationes, sacramenta non erant? An quis, qui obferebat nulla ordinatione insignitus erat? At in Lege natura, in qua nulla adhuc data erat lex ceremonialis, ad sacrificia offerenda, nulla requirebatur ordinatio; sed interna inspiratio sufficiebat, qua quisque Sacerdos fiebat, & que sibi videbantur Deo grata esse, illi pro se ipso poterat offerre.

XVIII. Scio, hac in re nihil certi scire posse; præsertim dicente Augustino, l. 6. pecc. Origini, cap. 30. *Et ante Abraham quidem verum aliquo corporali, & visibili Sacramento fuisse, vel eorum parvulis figuraverit, Scriptura non exprimit. Admissio tamen, quod ante Abraham fuerit sacramentum pro parvulis, non videtur negari posse pro adultis: nam eadem congruentia fuissent utrumque. Si quidem Deus sapientia sua convenienter ad naturam hominis non minus adultis, quam parvulis providisset. credendum est: ac quia natura in parvulis pro peccato Adæ conversa erat ad sensibilia, & sensibilibus subjecta, providit pro eis remedium in sensibilibus; ergo quia eodem modo corrupta erat in adultis, conveniens fuit, ut illis, quoque eis sensibilibus remedia pro peccatis actualibus provideret; qualia erant sacrificia, oblationes, decime &c.*

D U B I U M V.

An in Lege Moysica extiterint Sacramenta?

S. I.

Quædam pro Eruditione.

I. A. Mundi exordio usque ad Abraham solius Legis nature dictum, nulla lege fornicoseus insanant, sed solo in veritate influita movente reliquit homines Deus. Hoc tempore neque fuerunt exteriori lege præcepta, ac præcepta sacramenta, ut vidimus. Verum processu temporis, tum propter obfcuritatem, ex peccatis hominum nature Legem: tum etiam ad expressiorem significationem gratiæ Christi, per quam humanum genus reparatur, & a peccato sanatur, necesse fuit exteri etiam Legem dari, & determinare, quibus homines uti deberent in sacramentis. Ita ex S. Thom. 3. p. q. 70. art. 2. ad 1.

II. Hoc præcipue contigit post diluvium; circa tempora Abraham; cum omnes pene homines oblivi veri Dei, in falso Numinum adorationem incidissent, & in alia peccata contra Legem naturæ corrupperent. Hæc enim generati humani generis corruptione Lex naturæ pene obliterata fuerat a cordibus hominum; & in oblivionem abierat etiam lex fidei fundata in revelatione, & promissione Christi Mediatoris. Ut ergo Deus legem fidei repararet, elegit Abraham, cui revelatione particulari, & clarior promissit de femine suo nasciturum Christum: Et benedixitque (inquit, Gen. 22. v. 18.) *in femine tuo omnes gentes terra, etque, ac posteris ejus imposuit præceptum Circumcisionis; ut in carne haberent signum sensibile fidei; qua credebant ex femine Abraham nasciturum Christum.* Ut autem Legem naturæ restitueret, post quadringentos circiter annos, Abraham post se in magnam populum multiplicavit, per Moysen & Sinæ monte promulgavit Legem naturæ, descripsit in Decalogo in duobus tabulis lapideis; cui addidit maximum ac fundamentale præceptum de Deo, & proximo diligendo.

III. Quia vero Lex natura: sola apparuerat moraliter insufficientis ad arcendos populos a peccato, maxime idololatriæ, quo maxima humani generis pars deinceps: ideo ex posteris Adæ elegit sibi populum peculiarem, cui ultra Legem naturæ dedit per Moysen Legem scriptam; quæ præcepit fidei, & naturalibus Decalogi superaddidit præcepta Ceremonialia, & Judicialia. Ceremonialia quidem determinata modum colendi Deum, & profitendi eundem exterius, ac sensibilibus fidem Mediatoris venturi: Judicialia vero determinata legem naturæ, eodem se habendi erga proximum, maxime in materiâ iustitiæ.

IV. Si autem quaeratur: quibus obligarentur lege Moysica? Respondeo. Quod Lex fidei, & præceptorum naturalium Decalogi obligabant omnes Gentes. Lex autem præscriptæ Ceremoniarum, & Judicialium, tenebatur solus populus Israelitis, quem ut pedicem sibi Deus elegerat, nempe, posteros Abraham, qui ex ipso per Isaac, & Jacob erant nascituri. Hi omnes, & soli lege Moysica tenebantur, per se loquendo. Obligati tamen fuerunt Legem Circumcisionis, saltem pro accidenti, Isaac, aliique Abrahæ filii, quos genuit ex Cetura; sed quando in familia Abrahæ peristerent, sicut etiam Esau, quando in familia Isaac permansit.

At postquam Israel et familia Abrahæ electus fuit, præcipiente per Saram Domino, Gen. 21. v. 10. *Ecce nullam habeat, & filium ejus; & filii Ceturae separati sunt a familia Isaac* (Gen. 25. v. 6.) & Esau sejunxit se a Jacob (Gen. 36. v. 6.) conveniens ipse cum suis posteris obligati fuerunt præcepto Circumcisionis. Ideoque Isaac, seu Agareni, qui descendebat ex Hæmæle, dicti sunt: Idumæi, qui descendebant ex Esau, dicto etiam Edom. Populique alii, qui ex A-

Gusti Theol. Tom. III.

broham quidem, sed per illos Cetura descendentes a posteris Isaac separati fuerunt, exempti erant tum a Legem Circumcisionis, tum ab aliis Moysicis præceptis; sed sola natura Legem tenebantur, in eaque per fidem Mediatoris charitate formatam salvati poterant; ut contigit Job, quavis gente Idumæus ex stirpe Esau esset. Si tamen illi, aut alia gentes (ut poterant) fuissent aggregatae populo Israelitico; tunc obligata fuissent Legem Circumcisionis, itaque Legem Moysicam; & hujusmodi vocabantur *Præfati*, ut de Achior Duce Ammonitarum legitur, Judth. 14. v. 6.

V. Hinc patet differentia inter Circumcisionem, & Baptisma, Legem Moysicam, & Evangelicam. Ut enim ait D. Th. 3. p. q. 73. art. 2. ad 3. *Baptismus in se continet perfectionem salutis, ad quam Deus imus homines vocat, secundum illud; 1. ad Timotheum. 1. Qui vult omnes homines salvos fieri. Et ideo Baptismus omnibus populis præcipitur. Circumcisio autem non continet perfectionem salutis, sed figurabat ipsam, ut dicitur per Christum, qui erat ex Judaeano populo prolixitarius. Et ideo illi soli populo data est Circumcisio. Exeritur cur lex Moysica soli populo Judæorum data fuerit, eamque solum obligaverit; ostendimus, Tom. 1. in 1. 2. Tract. de Legis, q. 4. d. 3. s. 1. & 2. ubi etiam s. 3. conveniens tempore datam fuisse demonstravimus. Videantur Ibi dicta. Quod autem Lex Evangelica omnibus sit proposita, & omnes obliget ad salutem; ostendit Christus, dum præcipit Apollolis, Marci 16. v. 15. & 16. *Euntes in mundum universum prædicare Evangelium omni creaturae. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur.**

VI. Igitur Lex natura pro Israelitis duravit ab Adamo, usque ad promulgationem Legis Moysicæ in Monte Sinæ; pro cæteris vero Gentibus ab Adamo, usque ad Christum, & promulgationem Legis Evangelicæ in die Pentecostes. Inter nullum autem, quod fuit inter illudam Circumcisionem, & promulgationem Legis Moysicæ, non fœderat ad legem Moysicam; hinc tanquam inchoamentum ejus: ideoque etiam illud tempus ad Legem naturæ pertinere. Dicitur tamen Lex Circumcisionis ad legem Moysicam pertinere; quia in Lex Moysica, esto non fuerit instituta, fuit tamen confirmata. Hinc ad conditionem statum.

S. II.

Resolutio Dubii.

VII. Dico. In Lege Moysica vera Sacramenta fuerunt. Id fatetur Concilia: nam Florentinum in Lege Moysica vera recognoscit sacramenta, & solum ponit differentiam, quod sacramenta veteris Legis non causabant gratiam, Tridentinum etiam de sacramentis in genere, Sess. 7. Cap. 2. ait: *Si quis dixerit, ea ipsa nova Legis sacramenta a sacramentis antiquæ Legis non differre, nisi quia ceremoniæ sunt alie, & oblationes externæ, anathema sit.* Utrumque ergo Concilium supponit in antiqua Lege fuisse vera sacramenta; & solum vult, ea non causasse gratiam, sicut sacramenta Legis novæ.

VIII. Probatur primo. Apud Judæos erant Ceremoniæ externæ a Deo institutæ; ad significandam gratiam in quantum sacrificantem: ergo erant vera sacramenta; quia, ut supra diximus sacramentum in genere nil aliud est, quam signum rei fere in quantum sacrificantis animam.

Secundo. Ut superius dictum est, in omni statu hominis post Adæ lapsum conveniens fuit, ut homo per sensibilia profestaret fidem suam in Chastitatem Mediatorem; per quem fidem justificari potest eorum Deo; ergo etiam in statu Legis Moysicæ fuerunt proposita ejusmodi sensibilia: hæc autem erant illius temporis sacramenta.

IX. Hæc autem Moysica sacramenta ad quatuor reddebantur, quatuor ex nostris figurantia; nimirum; ad Circumcisionem figuram nostris Baptismi; unde August. l. de anima, & ejus origine, l. 2. 11. *Circumcisio* (inquit) *fuit illius temporis sacramentum, quod præfigurabat nostris temporis Baptismum; ad Agnum Paschalem figuram nostræ Eucharistiæ, in qua Christus agnus occisus reicit spiritualiter animam; ad Ordinationes Sacerdotum, figuras nostris Ordinis; ad varias Iustrationes, & expiationes, figuras nostris sacramenti Penitentiæ.*

Masculi post octavam diem a natiuitate Circumcisioni subdebantur, nec poterat anticipari. Is vero, qui ante octavam diem morerentur, sicut etiam feminis, pro quibus data non erat Circumcisio, eodem Sacramento succurrebatur, quod, ut supra vidimus, a veri Dei cultoribus, tempore Legis naturæ, & etiam post datam Circumcisionem usurpabatur apud Gentem ex Abraham per Isaac non progenitas.

V. Nullum tamen in Lege Moysica fuit sacramentum correspondens Confirmationi, & Extreme unctioni. Quia ut docet S. Th. 1. 2. q. 102. art. 3. ad 3. Confirmationis confert plenitudinem gratiæ; & Extrema unctio est quædam immediata preparatio ad introitum gloriæ: in Lege autem Moysica nondum advenerat tempus plenitudinis, eo quod neminem ad perfectum adduxit Lex. Nec etiam dabatur ultima preparatio ad introitum gloriæ; nam eo tempore aditus ad eam nondum patebat, præcio per Christum nondum solutum. Matrimumonium autem in lege Moysica fuit quidem prout erat in officio nature; non autem prout est sacramentum conjunctionis Christi; & Ecclesiæ, que nondum erat facta; unde & in veteri lege dabatur libellus repudii, quod est contra rationem sacramenti. Hæc ex S. Thom. l. ibi.

XI. Dico primo. Ante Medici adventum non sunt adhibenda sacramenta; ergo ante Christi adventum, qui est medicus a peccato, non erant adhibenda remedia, qualia sunt sacramenta.

I

Con-

Confirmatur, Passio Christi comparatur ad sacramenta, licet causa ad effectum; sed effectus non potest esse prius tempore, quam causa; ergo ante Passionem Christi non fuerunt sacramenta.

XII. Respondeo, dist. ant. Ante Medici adventum tam in re, quam in fide non sunt etc. conc. ant. Ante adventum praeclari in re, nego ant. Si enim sola fides in Medicum venturum sanare possit infirmum; etiam ante ejus adventum haberi posset per remedia sanitas. Talis medicus fuit Christus, qui ob infirmitatem suorum meritorum, non solum per suam praesentiam aeternam; sed etiam per intentionalem, & per fidem, quae credebatur venturus, potuit homines sanare: ideoque congruum fuit, ut etiam ante ejus realem adventum essent sacramenta; quibus qui carne fidem proficerentur, vi fidei, & intentionalis praesentiae Christi Medici sanarentur.

XIII. Ad Contritum. eodem modo respondeo cum S. Thoma 3. par. qu. 61. art. 1. dist. maj. Sicut causa finalis, conc. maj. Efficacis praesens, nego maj. Igitur Passio Christi est causa finalis generum sacramentorum, quae scilicet, ad ipsam significandam suam instituta: causa autem finalis non praesens tempore, sed solum in intentione agens. Et ideo non est inconveniens, aliqua sacramenta ante Christi Passionem fuisse.

XIV. Dices secundo. Idem fuit status humani generis ab Adamo usque ad Christum; ergo eadem debuerunt esse sacramenta. Respondeo, dist. ant. Idem fuit status, quoad fidem Christi venturum, conc. ant. quoad corruptionem per peccatum, nego ant. Ita ex D. Thom. mox citato, ad 1. Cum enim procedente tempore processisset in homine peccatum, & obsecratio Legis naturae; adeo ut ex consuetudine peccandi peccatum magis dominaretur, Legis naturae neglecta; cumque oporteret, ut per incrementa temporum in Christum fides explicatius propagaretur; ideo convenientius fuit, ut adderentur alia remedia magis determinata, quibus Christi adventus clarius praefiguraretur, & obsecratio inducta per peccatum apertiori fidei significatione tolleretur.

XV. Dices tertio Sacramenta Legis Moisaicae fuerunt umbra, & figurae sacramentorum novae Legis; ergo non fuerunt vera sacramenta: sicut figura hominis non est verus homo; & umbra corporis non est vere corpus, sed aequeque.

Respondeo ex dictis, Dub. 1. in. 20. dist. ant. Umbrae simul, & res; conc. ant. Umbra tantum, neg. ant. Sacramenta vetera erant umbrae; quia in umbra, & figura Christum continebant; sed etiam erant res, quae verae Ceremoniae illius status instituta ad homines Deo mancipandos. Sic Circumcisio non solum erat figura Baptismi; sed Ceremonia homines adjuvans populo Dei. Ordinatio Aaronica nedom erat figura ordinationis nostrae; sed vera Ceremonia sacras homines divini servitio. Sacrificia, purgationes etc. non solum erant figurae nostrae Penitentiae; sed erant Ceremoniae ad hominum emendationem instituta; quae omnia fidei in Christum conjuncta homines ad justitiam non solum Legalem, sed etiam internam perducebant. Sicut populus Judaicus figura erat populi Christiani, 1. Cor. 10. & tamen etiam fuisse verum populum quis negabit? Reolantur superius dicta.

S. II.

Varia Responsum.

XVI. Q. Uaeris primo: An sacramenta Moisaica fuerint omnibus Judaeis necessaria?

Respondeo: fuisse necessaria necessitate, non mediis, sed praecipue. Prior pars faderit. Erant enim instituta ad significandam gratiam, non ad eam captandam: unde, absolute loquendo, sine eorum usu poterat per fidem internam in Christum Judaeis justificari, & consequenter etiam salvari.

Posterior pars prob. Nam eorum usus per Moysen posteris Abrahami sub poena mortis praecipiebatur; Lex enim mortis muldabat ea non recipientes: secundum Patres autem, quae Lex damnabat temporali morte, Deus olim puniebat aeterna; igitur etc.

XVII. Quaes secundo: Quandoam Judaei a debito recipiendi sacramenta Moisaica liberati sunt?

Respondeo, Judaeos ab illo debito liberatos fuisse, cum instituta per Moysen synagoga abrogata fuit. Hoc quando contigerit, late ostendi, Tom. 1. in 1. 2. Tract. de Legibus, Qu. 4. Dub. 6. Illuc ergo remitto studiosum. Solum hic dico, tunc penitus fuisse extincta, quoad obligationem, sacramenta Moisaica, quando Christus mortuus fuit. Tunc enim figurae sunt cessante, & sacramenta vetera una cum tota lege Moisaica cessant. Qua ratione Christus mortuus dicitur; Consummatum esse. (Joan. 19. ver. 30.) & ut refertur Mattheus, cap. 27. ver. 51. Marcus 15. v. 38. & Lucas, 23. v. 46. Velum templi scissum esse in duas partes, & in summo usque desolatum.

XVIII. Quaes tertio: An postquam sacramenta vetera fuerunt abrogata, hocum fuerit eis aliquando uti?

Hujus quaestio resolutio (de qua inter Augustinum olim & Hieronymum acris contentio fuit) haberi potest ex dictis fuisse, citato Tom. 1. in 1. 2. Tract. de Legibus, Qu. 4. Dub. 7. eadem enim non sunt hic repetenda. Solum dico, sacramenta vetera, etsi in Christi morte abrogata, & mortua; non tamen cepisse esse mortua, nisi usque ad sufficientem Evangelii evangelizationem: adeoque ex intervallo potuisse Judaeos licite eis uti, dummodo non ponerent spem in eis, tamquam ad salutem necessariis. Ita loci citato resolvimus, & argumenta obstantia solvimus: quae omnia ibi videri possunt.

XIX. Quod si praeter ibi objecta, dixeris; adhuc Evangelio sufficienter promulgato licuisse Judaeis Ceremonias usur-

pare. Nam primo: Asiatici usque ad tempora Victoris Papae sine ulla peccati labe ritum iudicum in celebratione Paschae observasse, eam luna quattordecima mensis Martii; quacumque die incideret, celebrantes.

Secundo, Ecclesiam Aethiopicam servare etiam in praesens consuetudinem baptizandi, & simul circumcidendi pueros; quos ab Ecclesia Latina toloratur.

XX. Respondeo ad primum: Asiatici usque ad tempora Victoris Papae ritum illum observasse in celebratione Paschatis; non ut ritum Judaicum servarent, sed quia id ab Antiquis, maxime a S. Joanne Apostolo, qui Ecclesiae Aethi fundaverat, acceptum existimabant; ideoque licite, quia bona fide existimabant, id esse facturum, ut refert Eusebius, lib. 4. cap. 23. & 24. Verum postquam a Victore, & aliarum Episcoporum Ecclesiarum edocti de contraria traditione, adhuc in suo ritu perfliterent contentendur; quapropter Victor eos excommunicate parabat, nisi S. Irenaeus studio pacis eum desinisset, non amplius bona fide, & licite se gererent. Ceterum quia dum ritum nunquam servarent, ex hoc non inferretur, Evangelio evangelato licuisse adhuc Moisaicos ritus servare.

XXI. Ad secundum item dico, Aethiops illos, qui Abyssinos circumcidere pueros; non ut imitentur Circumcisionem legalem, quia circumcisus fuit Christus, sed ob devotionem, ut imitentur, nempe, dolorem, quem Christus in Circumcisione passus est. Verum eorum non est, Abyssinos illos vivere in obedientia Romanis Pontifici: quin imo eos versus Schismaticos, & alii multis erroribus contaminatos, ut vide- retur est apud Jodocum Ludolphum, Hist. Aethiops.

DUBIUM VI.

An in nova lege debuerint esse sacramenta?

S. I.

Resolutio Dubii.

Dico. Conveniens omnino fuit, in nova Lege institui a Christo sacramenta. Probo primo ex S. Augustino, lib. 19. contra Faustum art. 13. (allato a S. Thoma 3. par. qu. 61. art. 4. in arg. Sed contra) dicente: Sacramenta veteris Legis sunt ablati, quia impleta: & alia sunt instituta, virtute majora, utilitate meliora, acta facilliora, numero pauciora.

Secundo proba dilectus ejusdem S. Thome, citato loco. Sicut homines ante Christum justificabantur per fidem Christi venturi; ita & post Christum justificantur per fidem Christi jam nati, & passi: sed alii signis oportet significari futura, & praesentia, ut enim August. dicit, lib. 19. contra Faustum, cap. 18. eadem res aliter annuntiarit facienda, aliter facta, sicut ipsa verba passurus, & passus non similiter sonant; ergo cum sacramenta sint quaedam signa, quibus fidem suam proteclatur homo; oportet alia sacramenta fuisse in veteri, & alia esse in nova Lege, quibus significatur ea, quae praesententur in Christo. Videndus est August. Epist. 5. modo 138. ad Marcellinum, cap. 1.

II. Neque ex hoc inferas, sacramenta novae Legis solo modo significandi, aut fidem excitandi a veteribus differre, ut asserunt Novatores. Nam in primis Augustinus supra relatus dicit, sacramenta nova esse virtute meliora, utilitate meliora etc. Deinde S. Thome, citato loco, ad 2. dicit quod sacramenta veteris Legis Appliata (Galat. 4.) vana, Egena, & infirma elementa: quia gratiam nec continent, nec causant; & ideo vanae illis sacramentis dicitur Absolutum, sub elementis mundi Deo servitio; quia scilicet nihil aliud erant, quam elementa hujus mundi: Nostri autem sacramenta gratiam continent, & causant. Unde Tridentinum, Sess. 7. Can. 8. Damnae anathemate: Si quis dixerit, hoc sacramenta propter solum fidem nutriendam instituta fuisse. Quamvis enim adulti & qui suae mentis compostes sint fides necessaria sit ad gratiam recipiendam; dicente Apostolo, Hebr. 11. ver. 6. Sine fide impossibile est placere Deo: non tamen soli fidei tribuenda est hominis per sacramenta justificatio, quasi sacramenta nil aliud praesent, quam fidei alimentum: sed ipsi sacramentis inest vis deriyata a Passione Christi homines justificandi, ut infra dicemus. Fides autem, & spes aliique actus, solum requiruntur tamquam dispositiones, quibus homo se preparare debet ad gratiam, per sacramentum recipiendam, ut exponit Trid. Sess. 6. cap. 6. Alias parvulus, qui actu credere per se non possunt, non possent conferri, & inutilis esset Baptismus. Sed de hoc inferius.

Sequitur etiam ex hoc, sacramenta nova a veteribus non differre sola rituum exteriorum, & ceremoniarum diversitate: hoc enim, ut supra diximus, a Tridentino, Sess. 7. Can. 2. de Sac. in genere, sub anathemate damnatum est.

S. II.

Solutio Objectionum.

III. Objicies primo. Praesente veritate debent auferri signa, & figurae: sed sacramenta signa sunt Christi, & Passionis ejus; ergo praesente Christo non debuerunt esse sacramenta.

IV. Respondeo ex S. Th. 3. par. qu. 61. art. 7. dist. maj. Praesente veritate, & clare manifestata, debere etc. conc. maj. Non dum clare manifestata, neg. maj. Erit igitur post adventum Christi veritas sit praesens, non tamen est totaliter clare manifestata;

stata, siquidem adhuc ambulamus per fidem, adhuc videmus per speculum in enigmate, & adhuc egemus sensibilibus, ut ad spiritualia accendamus. At cum veritas, nempe Christus in statu beatitudinis totaliter manifestabitur, & facie ad faciem videbitur, evacuabitur fides, & usus sacramentorum tolletur. Quare, ut ex Dionysio, cap. 5. Celest. hierarch. notat S. Thome, Status novae Legis est inter statum veteris Legis, cuius figura impleatur in nova Lege, & statum gloriae, in quo omnia nuda ac perfecta manifestabuntur veritas. Unde in statu nove Legis adhuc egemus sacramenta, licet clarioribus.

V. Objicies secundo. Fides Christi five venturi, five jam nati una & eadem est, ut dicit August. Epist. 157. alias 89. ad Hilari. cap. 3. ergo eadem debent esse sacramenta.

Confirmatur, Deus non mutatur: sed quod Deus modo exhibet alia sacramenta, quam ante, quum dum mutationem sapere videtur; ergo etc.

VI. Respondeo, neg. conf. Eto enim una & eadem fides sit in veteri, & novo Testamento; alia tamen debuerunt esse sacramenta in uno, & in altero, ut ibidem docet Augustinus. Nam alia fide signa congrua gratiae praenuncianda, alia sunt congrua gratiae demonstranda: & alia sunt signa promittentia Salvatorem, alia dantis salutem.

Nec sequitur, Deum mutatum esse (quibus ad Confirmationem modo videndus) sed mutatas esse res, & tempora mutata, De quo videndus est S. August. Epist. 138. alias 5. ad Marcellinum, cap. 3. & S. Thome 3. par. qu. 61. art. 4. ad 3. ubi ait: Quod licet pater familiae non ex hoc monstratur habere mutabilem voluntatem: quod dicitur praepcepta familiae sua proposita temporum varietate, non eodem praecipio hyeme, & aestate: ita non ostenditur aliqua mutatio esse circa Deum ex hoc, quod alia sacramenta instituit post Christi adventum, & alia tempore Legis: quia illa servavit congrua praeservanda: hoc autem suae congrua gratia praesentialiter demonstranda. Sicut nec mutatur ratio agriculturae, cum agricola uno tempore aliud jubet, aliud in alio: nec cum alia Magister tradit praepcepta adolescenti, quam puero tradidit, non mutatur doctrina, sed status subjecti doctrinam recipientis.

QUESTIO II.

De Partibus Sacramenti.

Partes sacramenti sunt ea, ex quibus sacramentum componitur. Quae duo sunt, nimirum res sensibilibus, & verba, juxta illud: Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Res autem Theologi vocant nomine Materiam; Verba autem nomine Formae: quia sicut forma dat speciem, & determinat materiam: ita verba determinant significationem rerum, & dant eis speciem determinatam.

DUBIUM I.

An omnia Sacramenta constent rebus, & verbis seu Materia, & Forma.

S. I.

De Nominibus Materiae, & Formae.

I. Ut dicebam, nomine materiae, in sacramentis sumitur res, vel actus sensibilibus; nomine autem formae accipiuntur verba in sacramentorum consecratione solemniter adhiberi solita.

Olum quidam, nempe, prioribus Ecclesiae seculis, partes, quibus sacramenta componuntur, materiae, & formae nominibus exprimerent non solum: dicebant ergo, sacramenta constare Ex rebus, & ex forma, seu invisibili. Nominis Signi intelligebant id, quod postea per materiam, & formam significatum est, nempe, quidquid sensibus percipitur: nomine Rei facta, seu invisibilibus, effectum sacramenti, seu gratiam. Dicebant praeterea, in omni sacramento reperiri Sacramentum, & rem: per sacramentum intelligebant id, quod sensibus ingereitur, id quod specie sacramentum instituitur; per rem autem id quod sacramentum consistit, nempe gratiam. Vulgo etiam dicebant sacramenta constare ex rebus, & verbis; rebus, ut aqua, oleo etc. verbis, ut invocatione Sanctissimi Trinitatis. Asserant etiam, sacramenta constare ex elemento, & verbo, juxta celebre S. August. dictum, Tract. 80. in Joan. De verbis veterum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, etiam ipsum sanguinem visibile verbum... Unde ista vox verus aqua, ut corpus sanguinis, & ex abundantia faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in isto verbo aliud est Jonas transiens, aliud virtus manens. Quae S. Augustini sententia per oculos, necum in praesens, sed & in sequentibus habenda est.

II. Et erant voces, quibus praeclari Theologi utebantur in re sacramentaria. Scio, non deesse, qui putent, usum nominum materiae, & formae in hac re tunc cepisse quando Christiani Doctores Philosophiam colere ceperunt: tunc enim Eusebio Caesariensi, hoc tertio saeculo contigit. Quod conatur ostendere ex S. Augustino, lib. 11. de Peccat. merit. cap. 34. ubi ait: Quid de ipsa forma sacramentum loquitur? Et ex Concilio Mileviano, cui S. Augustinus interfuit: in quo haec leguntur de Palagianis, qui negantes peccatum originale, infantes suos baptizabant: Unde sic consequens, ut in eis forma Baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur. Verum Augustinum, & Concilium non lumere Formam in eo

sentu, in quo modo sumitur, nempe, pro verbis consecratoriis aquae invocatione Trinitatis, sed potius pro ritu, & ceremoniis, maxime exorcismo, constat: quia ex eo Patres excellentiam peccati originalis probabant, & praesertim Augustinus ipse.

III. Verius ergo iudico, usum nominum materiae, & formae in sacramentis multo recentiorum esse: nec ante annum 1200. in Scholis Theologorum intrasse. Nam nihil eorum legitur apud Laurentium, Gurmundum, Anselmum, Bernardum, & Scolasticorum Praecipuos, qui circa annum 1150. scripsit: Solum ergo tunc cepisse creditur, cum Philosophia Peripatetica apud Theologos invaluit. Cum enim haec res artificiales imitata, in quibus materia, & forma oculis inspicuntur, rerum naturas sub materia, & formae nomine examinae consueverit; Theologi ea nomina etiam ad sacramenta transferre ceperunt. Primum fuisse creditur Guillelmus Anstifodorenensis, circa ann. 1215. cum ante vix legatur.

IV. Hunc tamen loquendi modum, ut planum, ac facilem adoptavit Ecclesia tam Graeca, quam Latina. De Graeca constat ex Jeremio Patriarcha Constantinopolitano responso ad Wittembergenses, cap. 7. ex Gabrieli Philadelphio Metropolitano, in libello de sacramentis. Materiae quoque Baptismi fit mentio in Synodo Jerosolymitana sub Dositheo, anno 1673. De Latina vero ex Concilio Florentino, ubi Eugenius IV. in Decreto ad Armenos dicit, omnia sacramenta tribus perfici, videlicet: Rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona Ministrum conferentis sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia; quarum si aliquid desit, non perficitur sacramentum.

S. II.

Resolutio Dubii.

Dico. In omnibus sacramentis novae legis reperitur aliquid generis munus materiae, & aliquid generis munus formae; nempe, res, seu actus sensibilibus se habens ut materia, verba autem se habentia tanquam forma. Ita loquitur Eugenius IV. in Decreto ad Armenos super relato; ac similis modo loquitur Tridentinum agens de sac. Poenitentiae Sess. 14. cap. 3. & colligitur ex supra laudato Augustini axiomate, Tract. 80. in Joan. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Ubi S. Doctor Elementi nomine idipsum intelligit, quod Theologi materiam vocant; nomine autem Verbi id, quod formam vocare consueverunt.

VI. Probatur autem hoc differunt. In omni composito, five physico, five morali dari debet una pars, quae fit determinabilis; alia, quae fit determinativa illius ad speciem talis compositi, ut patet discurrendo generaliter: sed sacramenta sunt quaedam composita saltem moralia; ergo etc. Tunc fit: Sed id, quod est determinabile in Sacramentis sunt res sensibilibus; id autem, quod se habet ut determinativum sunt verba; ergo etc. Min. subsumpta prob. In Baptismo aqua, & ejus ablutio de se est indifferens, & determinabilis ad significandum refrigerium, ob aquae frigiditatem, vel humefactionem, propter ejus humiditatem, aut ablutioem sordium corporis: sed quando super aquam, & ejus ablutioem profertur haec verba: Ego te baptizo in nomine Patris etc. determinatur ad hoc, ut significet animae sanctificationem, & ablutioem a sordie culpae, sicut trahitur ad speciem Baptismi. Unde inquit S. Thom. 3. par. qu. 60. ad 2. Ex verbis, & rebus fit quodammodo unum in sacramentis; sicut ex forma, & materia; in quantum scilicet per verba perficitur significatio rerum. Sub rebus autem comprehenduntur etiam ipsi actus sensibilibus, puta, ablutio, inunctio, & alia hujusmodi; quia in his eodem ratio significandi; & in rebus.

S. III.

Solutio Objectionum.

VII. Objicies primo. Sacramenta novae Legis successerunt sacramentis veteris Legis: at in his nulla requirebatur forma verborum; ergo nec in sacramentis novae Legis?

Respondet S. Thom. art. 6. citato, ad 3. quod verba adhibentur ad expressiorem significationem rerum; Sacramenta autem veteris Legis praenunciata erant Christi venturi; & ideo non ita expresse significabant Christum, seu sacramenta nova legis; quae ab ipso essent, & quaedam similitudinem ipsius in se habent. Quia, ut dicit in corpore illius art. Sacramentum, et quodammodo conformatur in hoc, quod rei sensibilibus adhibetur, sicut in mysterio incarnationis carni sensibili est Verbum Dei unitum. Addit S. Doctor: Urbanus tamen in veteri Lege allegitibus verbis in his, quae ad cultum Dei pertinent, tam Sacramenta, qui erant sacramentorum illorum Ministrum, secundum illud Numer. 6. Sic benedictis filiis Israel, & dicitis eis: Benedicat tibi Dominus etc. quam etiam illi, qui illis sacramentis utebantur, secundum illud Deuter. 26. Proteor hodie caram Domino Deo tuo etc.

VIII. Objicies secundo. In nova Lege aliquid est sacramentum, in quo nulla datur res sensibilibus, seu elementaris; & e contra datur aliud, in quo nullum profertur verbum, saltem de necessitate. Primum patet in Sacramento Poenitentiae, in quo nulla est res, sed pura verba verbi; tum ex parte Poenitentis, qui confitetur, & dolet, tum ex parte Sacerdotis, qui absolvit. Secundum apparet in Sacramento Matrimonii, in quo contingere potest nulla adesse verba, si fiat inter mutos; ergo etc.